

21.

Markgraf Dietrich von Meißen beurkundet die Übertragung von 3 bei Leipzig gelegenen Hufen an das Kloster Altzelle.

1200 Juli 10, Leipzig

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 125 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 25,4–25,8 cm breit, 32,6 cm hoch, Plica 2,7 cm — Besiegung: SP. Markgraf Dietrichs von Meißen, Typar 2, an roten Seidenfäden und grüner Hanfschnur; oval bis rund, 6,5 cm breit, 7,0 cm hoch (Posse, SW I, S. 13 und Taf. II/5).

Edition: Koenig, Adels-Historie II, S. 129 (statt 229 = Druckfehler) — Mencke, Scriptorum rer. German. II, Sp. 452–454 — CDS I/A, Bd. 3, S. 43, Nr. 48 aus A.

Regest: Schöttgen, Inventarium dipl., Sp. 57 f. — Schultes, Directorium dipl. II, S. 408, Nr. 4 — Beyer, Altzelle, S. 522, Nr. 22 — Voigt, Herren von Droyßig, S. 122 f., Nr. 15 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae II, S. 218, Nr. 1170 — Mansberg, Erbarmanshaft III, S. 448 fehlerhaft zu 1200 Apr. 26 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 78, Nr. 137.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. THEODERICUS DEI GRATIA MISNENSIS MARCHIO.^{a)} | Quoniam ex multa suę largitatis abundantia copiosis a deo nos beneficiis cumulosos videmus, sed ad condignas gratiarum | actiones minus idoneos, eum in servis suis aliquatenus saltem dignum est ut honoremus, ipsi, quę possumus, eis beneficia | prestemus et prestare volentibus assensum auctoritatis nostre favorabilem inclinemus. Igitur tam presentibus quam futuris notum | esse volumus, quod quidam Wilhelmus cognomento Spilman civis noster in Lipz tres mansos ipsi civitati contiguos in beneficio | habens de Heinrico de Warin ipsi resignavit et ille nobis, siquidem eos de nobis et ipse habuit iure feudali, et eos | Celle beate Marie quivis nostrum pro parte sua contulimus in elemosinam. Verum quoniam eadem bona ex integro libertate | donari non poterant utpote beneficialia, placuit ea nobis fieri censualia et ipsum censum dimidiam scilicet marcam prefato | Heinrico de Warin concessimus, reliquos usus et ipsam hereditatem ecclesię supradictę perpetuo iure contulimus, abbatem | ipsius dominum Matheum pilleolo nostro investivimus, hac usi cautela, ut, dum ecclesia cuilibet iure beneficii annum censum | penderet, ab omni maneret impetitore liberrima. Ne quis ergo huic nostrę cautioni et cautę donationi qualicumque | presumeret tergiversatione contraire, presentem paginam cum appensione nostri sigilli et testimonio virorum probabilium, | quorum ista sunt nomina, pro assertione veritatis posteris dereliquimus: Heinricus de Sterenberg, Albertus | de Dreuzc, Erkenboldus de Grizlau, Albertus de Uroburg, Heinricus de Corun, Bernhardus | de Trebecin, Gunterus de Bunöwe, Albertus de Böcheim, Cönradius de Peles, Iohannes de Ozzetz. | Acta sunt hæc in civitate nostra Lipz anno ab incarnatione domini millesimo | ducentesimo, indictione tertia, sexto idus iulii, regnante domino nostro Iesu Christo.

(SP.)

21. a) Die Angabe bei Posse, Privaturkunden, S. 97, Anm. 5, daß THEODERICUS DEI GRATIA (als Zeichen der Ausstellererkennung) nachgetragen worden sei, dürfte trotz der etwas dunkleren Tinte nicht zutreffend sein A.